Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8191
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Infra octavas Ascensionis

Feria sexta habentur agende mortuorum et suffragia sicut ante Ascensionis preter de resurrectione Alia annotavi

~~Item vide quod semper quando Anniversarium Rex. propter pertinens ad Angariam pentecostes habentur sexta feria ante pentecostes~~

Item sexta feria in matutinis et septimanam sicut in breviario et Agenda mortuorum habentur

Ad officium

plenum officium: et cantatur non kyrieleyson et sanctus quemadmodum ad Horas p annum

Item Salve regina cantatur per octavas semper: sive habeatur de Ascensione sive non: preter in octava non habetur Salve

Item Dominica infra octavas sive habeatur de aliquo sancto sive non tunc semper cantatur Cum rex glorie: et habetur Statio cum Salve festa dies In reditu Ite in orbem Et quando cantatur Dominica tunc kyrieleyson erit Pascale: et Sequentia non cantatur

Item si occurrit festum alicuius sancti in eadem Dominica tunc post pentecostes transponitur festum ita quod sanctificet octavas